

Cc 432

γ Knesobcon, Roma, Temp
et Latinius

meds 24 - 18]

Cc 432 a (1-21).

PK

THEMATA
DISPUTATIONIS
PHILOSOPHICAE

De

LIBERALI-
TATE ET MAGNI-
FICENTIA,

Ex 4. Nicom. Aristotelis 1. & 2. cap.

QVÆ

Divina annuente gratia

Consentiente Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Collegio, publicè discutienda proponuntur,

à

M. IOHANNE PFVNZIO
Augustano.

Respondente

IOHANNE SAVERO
VVerthemio Franco.

*Ad diem 5. Febr. Horis locoq.
consuetis.*

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO CLX IO XCVII.

Johannes Pfanzerius



JLLVSTRBVS ET GENE-
rosissimis Dominis:

DN. FRIDERICO,
DN: VVOLFGANGO ERNESTO
DN. IOHANNI THEODORICO

*Fratribus germanis, Comitibus à LEON-
STEIN & UERTHEIM, Do-
minis in SCHARPFENECK
& BREVBVRG &c.*

Dominis suis clementissimis

*Hoc de Liberalitate & Magnifi-
centia meleagris.*

Humilime offert & dedicat

*JOHANNES SAVER
Respondens.*





Theses de Liberalitate & Magnificentia.

Ex 1.& 2.cap.lib.4.Nicom.Arist.

T H E S I S I.



RISTOTELES 4.l.eas pertractatius virtutes, quæ circa ψυχικὰ volupantes versantur, primo loco eam in manus explicandam sumit, quæ voluptatem animi ex divitiarum concupiscentia, fructus & usu dirigit & moderatur.

2. Cum enim ex divitijs hominis quodammodo vita pendere videatur, secundum illud Hesiodi: χρήματα γδ ψυχὴ τέλεαι δειλοῖς βροτοῖσι, & secundum Aristotelem l.i.c.8. ἀδύνατον γδ, η & πάδιον τὰ καλὰ πράττειν, ἀχρείγητον ὄντα: instrumenta sunt viæ conservandæ & propaganda necessaria, & ideo voluptas inde oborta uti vehementer animum mouere potest: ita virtutis valido freno moderanda est & dirigenda, ne hominem exorbitare faciat.

3. De hac igitur ut & cognata specie Magnificentia in presenti dissertationem instituturi, quatuor potissimum summis capitibus totum negotium comprehendemus. Nos men & definitionem, Obiectum, Actiones, & extrema harum virtutum συνθόμως assignaturi.

4. ἔτυμον: ἐλευθερίης διπò τῆς ἐλευθερίας Liberalitas à libertate, vel quia nos in libertatem afferit à servitute rei in animali & turpissima, videlicet pluri, qui & oculus &

A 2 mente

mente captus est: vel quia liberalis non ambitione ductus,
nec sp̄elucrī captus, sed liberrimo motu benefacit ijs, qui
opibus indigent.

5. ὁρμὸς: Aristoteli l. 4. c. 1. est μεσότης τερὶ χρή-
ματα, vel μεσότης τερὶ τῶν χρημάτων δόσιν καὶ λήψιν: Vir-
tus medium tenens in dandis vel accipiendo pecunias, ca-
terisq; rebus, quarum pretium numo consuevit estimari.
Cic. 2. off. Liberales (in concreto) sunt qui suis facultati-
bus aut captos à prædonibus redimunt, aut as alienum
suscipiunt amicorum causa, aut in filiarum collocazione
adiuvant, aut opitulantur vel in re quarenda vel au-
genda.

6. Obiectum, Seu materia cuiuslibet virtutis ut du-
plex est, ita & huius propinqua & remota. Propinqua est
cupiditas pecuniarum: Remota sunt ipsa pecunia, cum
virtutes non tantum circa actus, sed etiam circa affectus
moderando versentur.

7. χρημάτων autem appellatione intelligimus ea o-
mnia, quorum estimationem numerus metitur, non sua qui-
dem natura, sed νόμῳ & instituto hominum, cuius instituti
causa fuit commoditas contrahendi.

8. Ex quo consequitur, & opes & operas huic virtutis
subiiciendas, teste quoq; ipso Cicerone 2. off. Liberalitatis,
inquit, duplex est ratio: Nam aut opera benigne fit indi-
gentibus, aut pecunia: facilior est tamen posterior, locuple-
ti præsertim: Sed illa lauтор ac splendidior, & viro fortis
claroq; dignior.

9. Considerantur autem pecunia vel divitiae, aut ut
χρήματα, quatenus ijs bene vel male utiliter. Virtus ergo
quaे circa opes, ut sunt χρήματα, versatur, liberalitas cū
χρήσει nuncupatur & subdividitur respectu subiecti in da-
πάνην καὶ δόσιν: vel considerantur ut κλήματα, quatenus eas
recte

recte vel non recte licet possidere. Virtus ergo est liberalitas
in κλήσει & subdividitur in ληφτικὴ φυλακὴ.

10. Δαπάνη est, quae sumptus facit in comparandis, ef-
ficiendis conservandis rebus necessarijs, utilibus, iucundis,
sive illa in nostrum, sive in aliorum cedant usum: facit
cum opus est, non facit, cum non opus est, & cavit ne vel
modum superet, neve modum non attingat.

11. Δόσις est quae alijs subvenit & auxiliatur, cum
opus est. Dat enim si honeste potest, non dat, si non potest.

12. Ut autem liberalis ὁρθῶς det, quinq[ue] hæ περασάσεις
sunt attendenda, Persona, Quantitas, Qualitas, Tempus
& Locus.

13. Persona duplex est: vel ipsius dantis, vel accipi-
entium, i.e. eorum, quibus confertur beneficium.

14. In persona dantis in primis animus est spectandus,
ut det ιδέως καὶ ἀλύπως, καὶ τὸ καλὸν ἔνεκα. τὸ γὰρ καὶ ἀρετὴν
ιδū ηὔλυπον, ηὔκαιρον δὲ λυπηρὸν. Ἐόλυπηρῶς, διδός γηὲ λευ-
θερος ut loquitur Aristoteles & Plato: τῶν ὁρθῶς δοθένων
ἀφαιρεσίς γηὲ εῖ.

15. In persona accipientium monet Aristoteles hoc
considerandum, utrum digni sint nostris beneficijs, ideo
non dandum tōis τυχῆσι sine discrimine ἀλλ' οἰς δεῖ. Nam
ut Cicero lib. 2. off. inquit, Benefacta malè locata, malefa-
cta arbiteror.

16. Vnde idem l. 1. off. in beneficentia delectum esse
debere dignitatis arguit, in quo & mores eius sint spectan-
di, in quem beneficium conferetur, & animus erganos, &
communitas ac societas vita, & ad nostras utilitates offi-
cia ante collata.

17. Ad quantitatem quod attinet, duo itidem con-
sideranda veniunt. Primum facultates dantis: dabit ergo
καὶ τῶν ἡταρχόντων ἡ ἀνόντων. Cavendum enim præcipit
Cicero, ne benignitas maior sit, quam facultas, & ut Apo-

1. Cor. 8. Stolas ait, ne alijs sit relaxatio, nobis vero angustia. Nam qui benigniores volunt esse quam respicitur, primum in eo peccant, quod sunt iniuriosi in proximos; quas enim copias his & suppeditare aequius est & relinquere, eas transferunt ad alienos.

18. Reg, tamen interim ita claudenda est res familiaris, 2. off. ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referanda, ut patet omnibus: Modus adhibetur, isq. referatur ad facultates. ἐλευθέριος γὰρ εἰνὸς καὶ τὴν σοίου δαπανῶν, οὐδὲν αἴσιον. ὃ γὰρ εὐτῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ᾽ εὐτῷ διδόντος εἶχε.

19. Deinde conditio accipientis, ut cuicunque pro dignitate & necessitate detur. Huc refer illud Salomonis: fontes tui deriventur foras, tua. Dominus eorumdem maneto.

20. De qualitate sic habe: Talia danda, quae accipienti possunt prodesse, & non nocere, ideo Arist. monet, non esse danda deteriora, & nobis servanda meliora. Videndum est, inquit Cic. 1. off. ne ob sit benignitas & ijs ipsis, quibus benignè fieri videbitur, & ceteris. Igitur videndum est, ut ea liberalitate ut amur, quae proficit amicis, noceat nemini.

21. Dandum vero est εὐκαιρίως, cum maxime opus est consilio & auxilio: ὡνεῖας γὰρ χάριτες γλυκερώτεραι. Et secundum illud Ausonij:

Si bene quid facias, facias citò: nam citò factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

22. Deniq. dari vult Aristot. & καλὸν i.e. ubi est honestum, hactamen observata distinctione, ut quia beneficia conferuntur vel honoris causa, vel necessitatis sublevandæ gratia, ut inquam, illa conferantur in loco publico & conspectu aliorum, quo ceteri videant ea esse testimonia nostræ erga eos, quibus benignè facimus, observantia: hec vero clam, ne vel eadem ostendare, vel in probrum & ignominiā

niam eius, cui præstamus, erogare velle videamur. Vnde & huic Christus Servator noster respexisse uidetur, cum Mattheus ait, in benefaciendo non debere scire sinistram, quid faciat dextra.

23. Ad has duas species modò dictas etiam referri potest Hospitalitas, quæ est beneficentia erga hospites vel peregrinos.

24. Huius tria sunt officia: Hilariter excipere hospites: comiter tractare: amicè dimittere.

25. Σενιορέντος officium est. 1. venire in tempore. 2. boni consulere. 3. mature discedere. 4. gratum esse.

26. Λήψις est quæ in opibus colligendis mediocritatem servans, comparat, si honestè fieri potest, non comparat, si non potest.

27. Ut autem liberalis etiam περὶ τὴν λήψιν probè suo fungatur munere, quatuor ab Aristotele in textu praecipuis instruitur.

28. Ac primùm quidem καὶ ἄρχων non accipiet, ὁ δὲ μὴ δεῖ. Cum enim non magnificat opes, non illas per fas & nefas corradet, aut alijs per vim eripiet, sed ab ijs accipiet, à quibus bona conscientia & honestatis ratione accipere potest.

29. Dein liberalis non est petax, αὐτῆι μὸς. ἐγένετο δὲ εἰπεῖν ποιότητος εὐεργετεῖος, ut loquitur in textu Philosophus.

30. Insuper καὶ θέσιν accipiet, ὁ δὲ δεῖ, οἷον διπλῶν ἀνθεμάτων de suis bonis, eorumq; fructibus.

31. Tandem opes parcas sedulo curabit & honestè servabit, quod Φυλακῆς alterius κλήσεως speciei proprium est. quæ opes servat aīq; tueri, cùm honestè potest, non servat, cùm non potest, habita ratione finis & modi.

Non minor est virtus, quam querere, parca tueri.

Ex

32. Ex hisce colligit Aristoteles, circa χρήσιν magis, quam circa κίνησιν Liberalem versari: Ex quo ulterius inferatur, Liberalitatem principem in χρήσει consistere, non principem in κίνησι: & rursum (cum virtutis cuiusq; officium sit praeципuum ea, quae honesta sunt, facere, τῆς γὰρ ἀρετῆς μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν, η τὸ εὖ πάχειν & semper versetur circa difficultius) principis Liberalitatis maiorem esse splendorēm in sumptibus faciendis, & donis dandis honestis, quam in in honestis sumptibus non faciendis, & donis in honestis non dandis.

33. Referas huc frugalitatem & parsimoniam, quae sumptus moderatur, & cavet, ne quod dissipandum ultra modum fiat, & res familiaris, quo ad fieri potest, sine cuiusq; iniuria conservetur, vitando nimiam tenacitatem, sumptuosas edificationes, & alienum, & si quae his alia sunt complura vicia.

34. Accedimus iam ad extrema, quorum unum καὶ τερπόλιον, ασωλία dicitur, alterum καὶ ἔλειψιν, ανελευθερianuncipatur.

35. Ασωλία vocabulum dupliciter accipitur: propriè & impropriè. οἰκείως, καὶ ἀκύρως.

36. Propriè & simpliciter pro profusione sive prodigalitate: impropriè vero & per accidens de vitijs, quibus ipsa profusio famulatur, ut sunt libido, vindicta & cupiditas, ambitio, Asotus ergo eum propriè significat hoc loco, qui rem familiarem & bona sua dissipat ac profundit; etiam si ea ad libidinem, intemperantiam, & rerum venerearum usum non conferat.

37. Εσίν δὲ ασωλία, η τις τῷ διδόναι ηγή μὴ λαμβάνειν τερπόλιον, τῷ δὲ λαμβάνειν ἔλειπει. Profusio est vicium, quod dando modum excedit, accipiendo deficit.

38. Refer huc prodigorum descriptionem, Ciceronis
2. off.

2. off. cui sunt, qui epulis & viscerationibus & gladiato-
rum muneribus, ludorum venationumq. apparatu, pecu-
nias profundunt in eas res, quarum memoriam aut bre-
vem, aut nullam sine relicturi omnino.

39. Et nominatur hoc vitium Aσωλα: dum enim
prodigus remere suas facultates profundit, que sunt vite
sustentanda & conservanda instrumenta, seipsum q. per-
dit, ut ab inopia servari nequeat: ασωλα γδ εσιν απωλεια-
tis αυτος, καὶ η της εοίσις Φθορά.

40. Est autem duplex: Simplex, seu princeps, qua-
nimium dat, id est temerè & inutiliter, nihil accipit, quod
vitium tamen minimè diuturnum: nec enim diu dare po-
terit, qui nihil acceperit. & γδ πάδιον μηδαμόθεν λαμβάνονται
ώστι διδόναι. Et Cic. Largitio fundo caret.

41. Composita coniuncta est cum alijs pluribus vi-
tijs. Non solum facultates temerè & inutiliter profun-
dit in voluptates & alias res, quas non oportet: Sed vi-
cissim bonis dilapidatis sine discrimine per fas & nefas
rem facere cupit, ut q. alijs largiri possit, alios spoliat.

42. Ανελευθερία εσιν, η τις τω διδόναι μὲν ελλέιπει, τῷ
λαμβάνειν δὲ οὐ εργάζεται. Est visum, quod excedit ac-
cipiendo, deficit dando: morbus, ut ait Aristoteles, οὐ
τοτοκτονούσι: Senum enim est qui νασὰ κέρδος, ut iuvenes νασὰ πά-
θος. Aristot. in Rhet. & Ethic. vivunt, qui quō pau-
ciora sibi adesse vident comparandi victus præsidia, eò te-
nacius opes asservant. Dein magis à natura homini das-
tum, ut sua conservare, quam profundere velit: omni-
bus enim naturā insitum est εῦ τάχει malle, quam εῦ
τοιεῖν.

43. Tria autem Avarorum genera Aristoteles
recenser in textu. Vnum est eorum, qui dando solum defici-
unt, interea tamen nemini sua dolo aut vi auferunt. Hi
B varij

varijs appellantur nominibus: Φιδολοὶ parcī, γλυχοὶ, tem
naces, κυρβῖνες ἢ ρυπαροὶ sordidi.

44. Alterum genus est eorum, qui solum accipiendo modum excedunt & quacunq; ratione possunt, per fas & nefas opes congerunt. Hi omnes uno nomine vocantur αἰχμαλόταις, turpilucro dediti.

45. Tertium genus eorum est, qui in utroq; peccant
i.e. dando deficiunt, & accipiendo modum excedunt,
Quod genus avaritiae est pessimum, de quo verè dici potest
illud Cic. in oratione Quintiana: Nullum officium est
tam sanctum atq; solenne, quod non avaritia comminuere
atq; violare soleat.

46. Ex quorum generum recensione duplex emerit à veleno θερία, perfecta & imperfecta: Illa est, qua in donationis defectione, & acceptionis exuberantia simul consistit: hæc verò est, cui alterutra harum dunitaxat competit.

47. Unde consequitur, Avaritiam esse profusione deteriore, quia insanabilis, utpote vitium senectutis, &
cum eadem subinde crescentis, συμφέρεσσον, quippe τοῖς αὐθεόπαις τῆς ἀσωθίας: οἱ δὲ ωλλοὶ φιλοχρήματοι ράλλου, η δοτιοὶ: & quia multiplex ut ex predictis appareat: Insuper nihil commune habet cum liberalitate: nemini est utilis, ne quidem ei, qui eadem laborat, secundum proverbium, Avarus nunquam beneficit, nisi quando moritur, quia sum demum incipit esse utilis: & quia deniq; frequentius circa hoc vicium peccatur.

48. Vice versa verò: prodigalitas minus est vilium, quam Avaritia: tūm quia est εὐλαβός, & ad mediocritatem potest reduci, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας γέγονο τῆς ἀπογίας, & meliore institutione: tūm quia prodigalitas liberauit ati vicinior est, quam avaritia, quatenus scilicet dam-
do

do etiam alijs est utilis, eoz nomine interdum laudas tur.

49. Hactenus de Liberalitate: Sequitur de huic cognata specie, quae & ipsa circa pecunias versatur, MAGNIFICENTIA.

50. Hanc verò à Liberalitate tanquam speciem à genere suo differre ostendit Aristoteles, tūm quò ad actionum pecuniariarum species: tūm quò ad subiecta pecunia.

51. Nam Liberalitas circa omnes actiones pecuniarias versatur, tūm χειρικὰς in δόσει & δαπάνῃ tūm κῆποις in λύψει & Φυλακῇ: Magnificentia verò non circa omnes, sed circa χειρικὰς tantum in δαπάνῃ & δόσεi spectatur, quas δαπανηρὰs à specie excellentissima nominat Aristoteles.

52. Nam sumptus in opus fit, quod permanet, cùm donum non permaneat, & propterea sumptus donatione præstantior esse videtur.

53. Quod ad subiecta pecuniae species attinet, Magnificentia circa δαπανηρὰs actiones versatur; versatur circa easdem Liberalitas: At δαπανηρὰi quadam magna sunt, & hæ magnifico subiiciuntur: quadam sunt paruae aut mediocres, & hæ subiiciuntur liberali.

54. Quin & luculentius evadit discriminem harum specierum ex notatione nominis & definitione rei. εἰ μεγαλοπέπεια δαπάνη πείπεται ἐν μεγέθει. Magnificentia est sumptus seu impensa in magnis dōsīs.

55. Rei: μεγαλοπέπεια εἰ μεσότης περὶ τοῖς δαπανηρὰς χειριάτων πεάζεις. Magnificentia est mediocritas, qua quis magnos sumptus facit, non gloria sed honestas.

Rati gratia, in opera sumptibus digna, prout decet, id
vel publicè vel privatim.

56. Magna igitur pecuniaria actio consideratur
vel respectu personæ, quæ sumptum facit vel donat; deco-
rum igitur πέρισσος ἀντὸν observandum: vel respectu rerum,
i.e. ium operis, in quod sit sumptus: Magnum enim est, quod
vel uilitate, vel elegantia, vel perpetuitate commenda-
tur: ium pecunia, quæ impenditur.

57. τὸ περὶ περισσοῦ personæ respectu deducitur primum à
causa efficiente, rectaratione, cui substernitur scien-
tia. οὐδὲ μεγαλοπερῆς τὸ περὶ περισσοῦ δύναται θεωρῆσαι, οὐδὲ δα-
πανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς: Dein à causa finali, τὸ περὶ περισσοῦ
ἐνεκα. Deniq; ab accidente, voluptate scilicet ēri δὲ
ηδεως οὐ πεσεῖνως. Ut enim color corpus visui subiicit:
ita voluptas actiones comitans eas ab habitu tali, qualis
est voluptas, provenire indicat, ut Philosophus habet lib. 2.
c. 3.

58. τὸ περὶ περισσοῦ τὸ περὶ περισσοῦ colligitur ex conditione earum
rerum, in quas sumptus fiunt: Harum enim rerum uel usus
vel duratio spectari debet.

59. Durationem si spectes, Magnificentia prin-
ceps in eas potissimum res sumptus faciet, quæ diurnæ
sunt futurae, ut in templo, theatra, thermas, domos. Sunt
enim hæc opera pulcherrimæ, quæ suo splendore non nostri
tantum ævi homines movent, sed etiam seram posterita-
tem delectant.

60. Non princeps in ceteris rebus momentaneis,
non diu durantibus locum habet, ut sunt spectacula, visce-
rationes, donaria.

61. Usum si attendas, res vel sunt publicæ, vel pre-
vare: in illas sumptus maximè honorati fiunt, eo quod in
bonum cedunt publicum.

Sunt

62. Sunt autem vel sacra vel prophana: Sacra
conveniunt Deo, vel immediate, ut anathemata & dona-
ria, templa, aera, luci, sacella, sacrificia, pompa, ludi sacri:
vel mediare, quia non ipsi Deo, sed ijs qua ad Deum quo-
vis modo pertinent, ut puta sacerdotibus, praconibus, vas-
ribus: Prophanae ad totam civitatem pertinent, ut specta-
cula, triremes, epulae & viscerationes.

63. In res privatas sumptus minus honorati sunt.
cum minus sint communes, & magnificentia non princeps
in his consistit. Sunt autem vel non permanentes, vel
permanentes. In illas vel semel tantum conferuntur
sumptus, vel sapius. Semel, ut in nuptiis, funera & simi-
lia, que debent esse splendidiora. Sapius: vel civiliter,
vel hospitaliter, que parciorem sumptum requirunt: Civili-
ter, ut si quis equos alat, venetur, natales celebret. Hospi-
taliter, ut si hospites recipiantur & dimittantur, si mune-
ribus afficiantur. Permanentes, ut putat in domos & as-
lia adficionum genera.

64. Τὸ πεπονδαπάνης εστι, σι convenit in personas, ἀ
quibus sit, & ipsis operibus, in que sit. Neg, enim cui libet
competit magnos facere sumptus, liceat habeat, unde possit.
nec etiam in quovis opere magni sumptus faciendi.

65. Magnificentia enim solum decet eos, qui non
solum opibus honeste acquisitis abundant: Sed etiam ut
genere vel virtute vel dignitate & autoritate ceteris ho-
minibus antecellant, ita ut eorum status & conditio etiam
possit operi aliquem splendorem addere. τῶντα γὰρ ταῦτα μέ-
γε δοξαν αἰτίαν δαπανήματα.

66. Magnifici itaq; est, cuiuscunq; generis opus ef-
ficaciter, magnifice facere. τὸ τοιότον δὲ εὐυπέρβληπτον, καὶ
ἔχοντας αἴτιαν δαπανήματα.

67. Extrema duo sunt: in excessu, Bavaria, οὐκ
B 3 απαι-

ἀπειροναλία, insolentia & luxus: in defectu μηκοπέπεια
καὶ μηκολογία, sordes.

68. Luxus est δαπάνη ἐν μεγέθει μὴ πρέπτα, sens.
τερεβόλη τερή τὰς δαπανηρὰς χρημάτων πράξεις οὐκείσαις
inutilis magnorum sumptuum in res viles & non necessaria-
rias profusio, ostentacionis saltem gratia facta.

69. Species eius duas sunt: simplex & mixta. Sim-
plex, ubi citrā delectum & prater decorum magnum facit
sumptum.

70. Mixta sumptus parvos facit, quod quidem τῆς
μηκοπέπειας proprium est, in res magnas, ubi larga opus
impensi: vel magnos facit in res parvas & exiles, & hoc
proprium est βάναυσος.

71. μηκοπέπεια est ἔλασις τερή τὰς δαπανηρὰς
χρημάτων πράξεις: est indecora & intempestiva in magnis
& splendidis operibus efficiendis parsimonia.

72. Vel enim magnum facit sumptum in res par-
vas: erit ergo βάναυσος sumptu & μηκοπέπης opere:
vel parvum in res magnas: vel omnino nullum, καὶ ταῦτα
οὐδυρόμενος, ut habet Aristoteles. Et haec de
duabus dictis speciebus mode
sufficiant.



ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ.

I.

An qui multa dat, eo qui pauca dat, sit
liberalior?

An

II.

An iij. qui divitias suas laboribus pepererunt, sint liberaliores ijs, qui ab alijs acquistaverunt donatione vel hereditate?

III.

An liberalis dives evadere queat?

IV.

An liberalis quibuslibet impendat?



PROSPHONEMA AD
IOHANNEM SAVERVM
RESPOND.

DVm Sauere sacritentas discrimina belli,
Et pro VIRTUTV M prælia laude subis.

Annuit Aonidum lectissima turba sororum,
Terfaustos manibus datq; Minerva sonos
Te modo nunc animi fidens accinge duello
Nec formidata tela retunde manus.

Discute mentito medicata Sophismata fuso
Quâ signat Pfunij melica suada viâ,

Arbitri-


*Arbitrium nec te popularis fascinet aura
Sed felix udo sublevet ala Solo.
Sic tibi propicius sua munera fundet Apollo
Sic erit illa tua laudis honesta dies:*

Amoris ergò scripsit

Elias Rhöterus LL. St.

F I N I S.





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres

Inches

100

MATR
ATIONIS
SOPHICAE
De
RALI
T MAGNI
ENTIA,
Aristotelis 1. & 2. cap.
V AE
anuente gratia
olissimæ Facultatis Philos
o, publicè discuti-
oponuntur,
à
NE PFVNZIO
gustano.
ndente
E S A V E R O
mio Franco.
Febr. Horis locog
nsuetis.
N AE
STEINMANNI.
D D XCVII.